

Hinc Jacobus Gothofredus in Chronolog. Cod. Theodosii, & in notis ad eundem Codicem ad leg. V. argumentum sumpsit recedendi ab Hieronymi, & Idacii Chronicis, & praelium illud adscribendi anno CCCXLV., quo Nisihi legem eam datam fuisse constat, cuius sententiae adhuc sere Harduinus ad Orationem primam Themistii, & Pagius in Critica ad annum CCCXLV. Ezechiel Spanheimius tamen ad Orationem primam Juliani, de his omnibus eruditissime Lettorem monens, sincerè notat sententiam Petavii, ac Valesii, (& hic quidem Julianum mendum subesse existimat, & pro iuxtor legendum τρίτῳ suffragari Libanum, qui in Basilio de ea re ita loquitur, ut recentissime praelium commissum, Partiborumque, sive Periarum fugam subsecutam innuat, quare praelium hujusmodi videri posse commissum, vel anno CCCXLVIII. juxta Idacium, vel etiam CCCXLIX. juxta Hieronymum, quo anno scriptum Basilicon statuerat Gothofredus in Chronologia Cod. Theodosiani, & leg. 2. Cod. ejusdem de R aptu Virginum, & alia addit, quæ huic sententie favere videntur.

IX. Ex his omnibus Julii Firmici Materni & allata mirificè illustrantur, consuebat verbo; Dei virtutem utriusque diverso sensu eventu, re ferenda esse ad Constantium quidem ob Persas apud Singaram in fugam versos, ad Constantem vero, ob Britannicam reportatam victoriam. Sicut autem apparet opus illud à Materno scriptum anno CCCL., quo Constantius occisus est in Gallia ita constat vel post annum CCCXLVIII., vel saltem post CCCXLV. quibus praelium illud, & Persarum fuga evenerit, Constante bellum gerente, exaratum. Cum vero de victoriis hujusmodi ita loquatur Author, ut (quod sane probabile unicuique videtur) aliquod ante tempus eas reportatas ostendat, vix fieri potest, ut Commentarium exaraverit ante annum CCCXLVIII., quo Protafius Mediolanensis Episcopus in Sardicensi Concilio subscriptus. Maternus itaque Commentarii ejus Author differt à Materno, juxta Papebrochii sententiam, Episcopo Mediolanensi praedecessore Protafii, cui Julii nomen convenire nullo modo constat; ac proinde ex hoc etiam capite ruunt asserti Romani Concilii Acta, argumentumque ex eo sumptum pro Agapito Ravennati Episcopo, anno CCCXXXVII., ut prætendit Baronius, immediate ante Severum, sedente.

CAPUT QUARTUM.

Severi ætas ex Geminiani Vita probatur. Nulla Agapitos, Severosve multiplicandi necessitas. Episcoporum Ravennatum successores. Episcoporum Ravennatum successores. Agnelli certa, cetera obscura. Agnelli fides, & sinceritas.

I. Illud in primis censeo, nullo modo dubitari posse de Severi ætate, ex Actis enim constat, S. Geminiani Mutinensis morti supervixisse. Licet enim jure dicendum sit Geminiani ejusdem ad Superos jam translati intercessionibus, alterius Geminiani tempore Attila Mutinæ pertransiuntis oculos sic strigitos, ut, quæ loci esset non viderit, quod factum perperam, & reclamante temporum ratione Geminiano ipsi priori viventi tributum est; nulla tamen ratio suppetit, qua dubitari possit de S. Severi, funus S. Geminiani curantis, historia. Hanc Agnellus ex Majorum traditione differt tradit, hanc ex Agnello ad verbum descriptis, qui S. Geminiani vitam compinxit, nec est unde infinitas ire quis possit, nisi ex præconcepta Rubei sententia. Severus itaque ex productis supra cap. 3. n.

A 6. vitam produxit ad annum CCCXC.

II. Hinc anno CCCXLVI., quod sensere laudati Bollandus, & Socii, cepisse Episcopum agere, consentaneum videtur; alias quæ anno prædicto CCCXC. obiit vitam, & sedem plusquam credibile sit protraxisset.

III. Verum appareat, nulla nos cogi necessitate, seu Agapitos multiplicandi, ut facit Rubeus, & Ughellus, aliisque eos secuti, sive Marcellini sedem ad quinquennium, sexennium, septenniumve contrahendi, quem Agnellus, ut ostendimus, post plurima temporum curricula defunctum dicit, sive Severos alios, Marcellino sue multiplicandi. Ac porro certissimæ in hac re fidei, non modò Ursiana Basilica musra opera, sed maximè Agnelli Pontificalis Liber esse debet. Novimus enim Veteribus Pontificis seriem, & nomina nota satis fuisse ex Dypytis, quibus inter Missarum solemnia per ordinem recitabantur, ex quibus Pontificum Ravennatum seriem collectam ab Agnello, vel à Senioribus, qui notitias sufficeret, sive ex Ursiana Ecclesia, in qua alibi se nutritum ab inueniente aetate dicit, consentaneum est. Ab Agnello itaque recedere periculissimum arbitror, & in eam se necessitatem conjicere dicendi ea, quibus probandis omnino argumenta desint.

IV. Sicut autem de Pontificum Ravennatum, serie arbitror satis, superque confitare, ita video nulla argumeta suppetere, quibus corum, qui ante Severum sedere, tempus probabilibus limitibus statuuntur. Cum enim in Dypytis purum putum nomen apponenteret, eorum etiam, qui martyrio coronati fuerant, sic nil de eorum Actis, nul de eorum aetate ad Agnelli notitiam pervenit. Elogia quibus uniuscuiusque vitam definivit, ex meritis probabilibus upplurimum contexuit, quod ipse sincerè fatetur infra in vita S. Exuperantii XIX. credens tamen se minimè id agens mentitum fuisse, quia, ait, & Episcopi illi, de quibus nihil inventi, hortatores fuere, castique & eleemosynarii, & Deo animas hominum adquiridores. Neo proinde mentiti sunt, qui el gis eadem ex Agnelli descripte; ab historia tamen fide recessere annos uniuscuiusque quibus Episcopatus duravit, statuentes, quod Agnellus non fecit. Et hæc quidem sunt, quæ adnotanda, differendaque censui, ut præconcepta opinio de Actis Synodi Romanae tollatur, ob quæ seriem Pontificum Ravennatum susque invertere voluerunt Viri alias eruditissimi.

MONITIUNCULA.

Ad versus Vitæ S. Apollinaris præfixos.

E T hos versus minimè omittendos putavi. Alienus ab Agnelli stylo deprebendet qui tantum leget, ejusdem tamen, vel paulò recentioris ætatis ostendunt latinitas corrupta, & mirabilia in syntaxis hyperbata. Illud etiam addendum est, quod Bonifacii Claffensis lumen oculorum receptum D. Apollinaris ope recitent, de quo nihil Agnellus. Tecla etiam prioribus versibus morbo liberata dicitur, Agnello omissa, qui ejus loco Herenei filium anonymum cocum illuminatum affirmat. Quid sibi velut prius septimi exametri verbum Plamone, obscurum. Cum tamen integrati versus syllaba defit, & alias noverimus Lamones fluvium non longè à Civitate Ravenne fluxisse in Padusam, videtur Exscriptori littera P. solitariè ponenda, quæ prius transversa linea signata præpositionem post pro seculi genio tempus significantem compendiosè exprimeret, ita quod sensus esset post hæc Lamone id est ad Lamones.